



L. W. M.

17) Fürkenbüchlein

Mölln 28 - 171

PK



3

HISTORIA  
TAVRICÆ CHER-  
SONESI, A TVRCIS SVPERIO-  
RE ANNO OCCUPATÆ; & TATTARIAE PRÆCOPEN-  
SIS, IN PROUINCIAM IMPERIJ TURCICI  
REDACTÆ.

CATALOGVS OMNIVM PROVINCI-  
ARVM IMPERII TVRCICR

— 6 —

DE SAMVELE SBOROVIO  
principe Polono, iussu regis, suppicio affecto,  
et motibus inde secutis, iam  
sedatis.

Et alia cognitū non indigna.

— 6 —



V VITE BERG AE.

— M N O M. D. LXXXV.

Generoso & veri nobilis viro doctrinae  
laude & omni virtute præclaro Duo  
Joachimio ab Felicislobus & Duo suis  
obseruando. DD. Bartolomaei  
Clivij.

110-215  
SANTO GIOVANNI  
123402 123402  
123402 123402

1975-1989. MUNDO, 23 DE MARZO  
ESTADOS UNIDOS, 1989.

Dictionarul evanescerei  
din limba română și în limbi străine  
cuvinte și explicații

Ngibai no. 11000 sils 32

23 65

三

江右行省之制

11.11.0.000 0 0 0 0

וְיָמֵינוּ בְּבִירַעַם וְבְבִירַעַם  
וְבְבִירַעַם וְבְבִירַעַם וְבְבִירַעַם



# DE T A T T A R I S à Turca subactis.



AVRICA CHERSONESVS, QVAM  
Præcop, & Tattariam minorem hodie ap-  
pellant; ampla peninsula est, inter Pontum  
Euxinum & Mæotiden, versus ortum por-  
recta ad Bosphorum Cimmerium, qui ad  
gradum long. 64. lat. 48. Europam ab Asia  
disterminat. Eam medium, horridi & ardui montes, velut A-  
penninus Italiam; in boream & australem, cuius Capha em-  
porium celebre, anno 1475. à Mahomete occupatum, me-  
tropolis est, dirimunt. In boreali verò parte, T A T T A R I  
Crimæi vulgò appellati, latissimos inter Borysthenem &  
Tanaim campos, pascuis subinde mutatis peruagantes,  
sedem regiam annos iam ferè 400. habuerunt oppidum  
CRIMÆAM. quibus tributum seu pensionem annuam ad  
40000. Vngaricorum Poloniæ reges ab auorum memoria  
pendunt.

Horum rex proximis annis Mechmet Kirei, Turcis  
confœderatus & socius fuit. Aduersus quem proprij fra-  
tres seditionem mouerunt: & cùm viribus regi impares es-  
sent, ad Stephanum Poloniæ regem, quem infensum Tatta-  
ro tributum annum pendere hactenus recusasse sciebant,  
auxilij implorandi causa fugerunt. Eos cùm aliquoties  
Tattarus repeteret, nihil tamen apud Polonum efficeret:  
tandem Turcarum Imperator à rege obtinuit; vt proximo  
anno, sibi Byzantium, cum legato Polono, sint remissi.  
Tattaro tamen eos non restituit, nimirum tanquam Re-  
gis Tattarici obsides retinere eos cupiens, vt velit, nolit,

A 2 Tatta-

Tattarus in officio retincretur. Id grauiter Tattarus ferebat,  
& tamen petente Turcarum Imp. vt illius stipendijs in Asiam  
aduersus Persas auxilio Turcis proficiseretur: regi confœ-  
derato gratificatus est. Cùm autem Turci clade ingenti apud  
Tiflin à Persis affecti essent, Tattarorum rex, per Circassios  
& Mengrellios, qui etiam Colchidis partem inhabitant, iter  
faciens, clade intellecta, cum exercitu suo in regnum se rece-  
pit, multum damni habitatoribus istorum locorum, per quæ  
iter ficeret, inferens.

Verùm vt in regnum redijt, intelligereq; fratres  
suos, sibi à Turcis, ex foedere & promissione nondum redi-  
ditos esse, magnis in Turcam exarsit iris. Eius mitigandi  
caussa, AMurathes, legatos cum donis eximijs, ad ipsum mi-  
sit, excusans quare hactenus fratres ipsi non remiserit:  
allegans, in securitatem regis id fecisse, ne remissi fra-  
tres, absente Rege res nouas molirentur. se eos aut reinis-  
surum breui, aut in securitatem Regis penes se retentu-  
rum.

1583.

Sed fratres Tattari negligentius Byzantij custoditi clam  
aufugerunt, ac denuò bellum fratri Regi, auxilio Moscouï-  
tarum, & quorundam Tattarorum intulerunt. Ad quod  
propulsandum Tattarus auxilia Turcarum implorauit, quæ  
quidem promissa sunt, sed non præstata. grauatè enim Tur-  
cæ in ea loca proficiscuntur, & cum Persis satis habent, quod  
agant.

Cùm autem denuò à rege Tattaro fratres seditiosi re-  
gno exacti essent: Tattarus omnem culpam n Turcas  
deriuauit, credens eorum instinctu (cùm inexplebili te-  
neantur d ominandi cupiditate) factum esse, quod tam fu-  
nestum & exitiale bellum fratres sui sibi intulissent. Ra-  
tus id nisi ita esset, fratres sibi iamdudum, aut restitui, aut  
eadem

47

eadem diligentia, qua multi alij principes viri, ab ipsis retin-  
nentur, custodiri potuisse. Accedebat eodem tempore, 1584.  
vt Turca legatos ad Tattarum mitteret, ac rursus ab ipso, au-  
xilia in Persam, non vt antè, benignè peteret; sed exemplo  
nouo, superbè fermè efflagitaret.

Quare Tattarus ingentes irarum aduersus Turcam  
concipit æstus, ac nimium iracundiæ indulgens, non citius  
Turcis bellum indixit, quam intulit, atq; ciuitatem Capham  
(quæ in Taurica Chersoneso olim Theodosia dicta, à Maho-  
meth vero Turcarum Imp: maioribus suis erepta erat) inter-  
cipiendam sibi esse ratus, eam obsidione cingit, atq; armis, &  
amotione commeatus, ita Turcas, in vrbe Capha, nihil tale  
vnquam à socio Rege metuentes, pressit, vt non modò de fa-  
cienda ditione deliberarent, sed iam intra duos dies dedere  
vellent.

Interea Amurathes, extrema quæq; à Tattaris metuens,  
consilio habito, Tattarum quendam, Islan Gerai dictum,  
quem per multos annos captiuum detinuerant Ottomanni,  
& ipsum Regij sanguinis, & vt fertur, naturalem Regis fra-  
trem accersiri iubet. Eum benignis alloquitur verbis; Ad  
magnos posse peruenire ipsum honores, si sibi obedire vel-  
let. Rebellaſſe sibi Regem Tattariæ, nulla de cauſa; omnia  
in regno tyrannicè agere; subditos miserabiliter affligere;  
Eos grauatè ferre imperiosum dominum. Proinde si ipſe  
vellet in Tattariam proficiſci, ſe ipſi & pecunias & exerci-  
tum eſſe daturum, vt tyrannide liberaret patrium regnum.  
Confueiſſe enim Ottomannoſi iuſtitiam colere: miseros de-  
fendere à tyrannorum iuſtibus: eſſe apertam cunctis af-  
flictis Ottomanicam portam, refugium & receptaculum  
pauperum & derelictorum. Lætus miser, quod ſeruili ſtatu ſo-  
lutus, citò dominus ſalutari deberet, annuit.

A 3

Itaq;

Itaq; ex voluntate Imp. Turcici, subitō, non quidem  
Rex, sed T A T T A R I A E B E G L E R B E G V s est declaratus.  
Iurauitq; fidelitatem Amurathi & ipsius legitimis successo-  
ribus; accepitq; vexillum aureum, quemadmodum pro signo  
fidelitatis, aut loco inuestituræ, Tributarij & subiecti princi-  
pes à Turcis accipere solent, quales sunt Moldauus Bogda-  
nus, VVallachus & Transyluanus.

1584.

Exinde, duce Ochiali, maris præfecto, cum quadragin-  
ta, non amplius, triremibus, initio mensis Aprilis, soluit Con-  
stantinopoli, atq; paucorum dierum spatio, per pontum Eu-  
xinum nauigans, secundis ventis vtens prope Capham ap-  
pulit, cùm postero die ciuitas dedi deberet Tattaro. At Tur-  
cæ non modò auxilia in urbem intulerunt, sed etiam seruitu-  
te liberatus Tattarus, tentauit optimatum apud fratrem ani-  
mos, pecunijs, donis & promissionibus, vt aut dederent  
sibi fratrem viuum, aut occiderent. Acceperat enim in eum  
finem, à Murathe ingentem pecuniarum summam. Itaq;  
pecunia multos ex Tattaris corrupit; inter quos etiam fue-  
runt consiliarij Regis, atq; vnu ex intimis & selectissimis a-  
amicis.

Qui vtī conuentum erat, proprium Regem, in casa  
rustica tum diuertentem aggrediuntur, atq; cum duobus fi-  
liolis in frustra concidunt, atq; eum, qui hoc ita fieri deside-  
rauerat, Tattarum, pro Domino accipiunt, honorantq;. Qui  
donis & promissis multis sibi Tattarorum amiciciam & fide-  
litatem conciliauit.

Talem ad modum Tattari, qui haec tenus liberi & indo-  
miti fuerunt, ex socijs & fratribus Ottomannorum, ipsorum  
funt facti servi. Et plerunq; habet Ottomannica amicicia tæ-  
leum finem.

Est autem mirandum, quod tam piger, tamq; inutilis  
Amu-

Amurathes, tam felices habeat rerum suarum successus,  
quos maiores sui vix armis habere potuerunt. Verum  
credo, ipsi hoc ita contingere, quod iam Imperium suum  
maiorum armis & virtute est confirmatum & stabilitum.  
Quemadmodum legimus, fortunatos fuisse nimis saepe, Ne-  
ronem impium alias & dissolutum, & impurum Heliogaba-  
lum. Forsitan quoq; habituræ sunt Amurathis res miserabi-  
lem finem, quemadmodum habuit fortunatus ille Polycras-  
tes Samius apud Herodotum. sed oretenus aliquando, si ita  
Deo placebit, de his & similibus colloquemur.

Eodem ferè tempore, quando Amurathes Imp. Tur-  
carum, fraudibus Tattaros domuit, parùm absuit, quod Tur-  
cæ non destruxerint omnia Christianorum, quæ Constanti-  
nopolis sunt, templo, propterea (vt creditur) quod Patriarcha  
Constantinopolis Ieremias, Turcis templum quoddam Chri-  
stianum, vti in Moscheam (ita Turcarum templo vocantur)  
illud transferrent, concedere abnuerit. Sed cessauit tandem  
destructione duorum templorum Græcanicorum, furor &  
rabies infidelium. Ieremiam autem Patriarcham, catenis  
vincitum, miserabiliterq; per urbem raptatum, tandem Rho-  
num relegauerunt. Doleo certè istius boni humaniq; viri ca-  
sum. Erit ipsi absq; dubio gratissimum, si literis ipsum in  
carcere consolaberis. Deus autem in columem ipsum & fide-  
lem seruet.

Amurathes Imp. Turc. paulò post, cùm in horto e-  
quitaret, spaciabundus, morbo suo corripitur comitali,  
atq; ab equo prolabitur, & pro mortuo est asportatus in  
ædes, atq; per aliquot dies Const: pro mortuo habitus est.  
Cùm autem milites (secundum morem & consuetudinem  
ipsorum) inciperent spoliare ciues, eos sedare non potue-

runt aliter, nisi quod Ianizarorum Agà promitteret, se ipsis  
viuum monstraturum esse ipsorum Sulthanum. Itaq; duo-  
decimo die morbi Amurathes S. Sophiæ Ecclesiam (quam  
capta Constantinopoli Sulthanus Mehemetes, in Mosche-  
am transtulit) visitauit, atq; viuum se cunctis monstra-  
uit. Sic reuixit, qui per aliquot dies pro mortuo fuit ha-  
bitus.

Paucis abhinc diebus, equites Carolostadienses (quos  
in confinibus Styriæ, ante duos annos à Turcis clade me-  
morabili affectos esse, scripsi) se vindicauerunt. Nouem  
enim millia Turcarum intrauerant ista loca, atq; magna  
damna habitatoribus istorum locorum intulerant, abducen-  
tes multos captiuos & ingentem prædam. eos nostri celeri-  
ter infecuti atq; configentes, in fugam coniecerunt, præ-  
dam omnem recuperantes. ex hostibus multi cæsi, capti q;  
inter quos duos Begos esse ferunt. parem fortunam nos  
quoq; in his locis sperassemus. Turcæ enim iuerant in me-  
tallicas ciuitates. Cùm autem ibi in armis inuenirent  
Christianos, subito regressi sunt, atq; oppidulum quoddam  
Topsan dictum, ipsis tributarium incendunt, atq; miseros  
habitatores, nihil tale metuentes, captiuos tanquam hostes  
abducunt, ipsis culpam dantes quòd Christianis aduentum  
suum indicauerint. Nos qui fuimus 400. in vniuersum,  
hæc intelleximus, & quamuis hostes decem miliaribus à no-  
bis abessent: tamen celeriter diem atq; noctem equitando,  
paulo pòst quām Turcæ ingressi essent castellum Sabath-  
eum, aduenimus. Regressi sumus re infecta, dolentes quod  
hostes per viam non potuissimus inuenire. Hostes tum nos  
in redditu insequi non audebant, quamuis essent circiter duo  
millia.

8. Decembris moritur vir & diues & magnæ au-  
ritatis

ritatis Nicolaus Bathorius, relinquens hæredem Stephanum Bathorium, & ipsum infœcundum. Ita ipso etiam moriente in his locis deficere videtur ista familia, quæ multos sapientes & fortis produxit viros, atq; nostra memoria Regem Poloniæ Stephanum Bathorium.

Venerunt iam literæ Byzantio quibus significatur, Ferratem Bassam (quem contra Persam cum ingenti exercitu profectum esse proximis literis indicaui) bis ab hostibus, Georgianis præsertim, cæsum esse. Osman Bassa interim Constantinopoli fuit. atq; Vezir Asim declaratus est, remoto Siaus Bassa. Iam autem contra Persas mittitur cum auxilijs nouis. Cui I M P. triremem & tentoria sua propria, præter morem Ottomannorum concessit. Creditur quod Ferratem strangulandi mandata acceperit, à Sulthano, quòd rem iste malè gesserit. Carthaginensium consuetudinem Ottomanni seruare videntur, qui Duces suos, malè rem bellicam, qualicunq; modo, administrantes, in cruces egerunt. Fertur etiam, quòd Tattari rebellionem aduersus supposititium Dominum moliantur. Atq; Turcas grauatè in Tattaros prefecturos esse: negantes se contra fratres suos pugnaturos, qui eiusdem sint religionis secum, & arma hactenus fideliter cum ipsis coniunxerint.

*Sepusiensis comitatus*, vtrum hæreditarius sit, & cui pareat, quæris? Is certè Regi paret Hungariæ, qui hodie est Rudolphus Imp. & nulli præterea subiectus est. *Nam pars Regni est Hungarici*, atq; unus ex 70. Regni comitatibus. Nos etiam pro defensione eius hic militamus. Nec etiam est hæreditarius, sed electo Regi cum reliquis Regni partibus cedit. Hoc tamen ex annalibus Hungaricis (quantum memoria repetere pos-

B sum)

sum) constat, *Sigismundum Pannonia Regem*, cùm graue & inauspicatum bellum contra Baizetem Ottomannum gereret, valdeq; inopia pecuniæ laboraret, *partem agri Sepusiensis comitatus*, cum tredecim oppidulis, que Poloniæ versus sunt, pro certa pecuniæ summa, regi Poloniæ oppignorasse; ita ut ipse ex prædictis oppidis annuos redditus, pro usuris perciperet; Tutela autem & arcæ, si quæ sunt, Regi Hungariæ manerent in uiolatæ, id quod hodie etiam ita seruatur. Ita quidem credam, ius illud pignoris, Poloniæ Regis heredibus, qui ex Jagellonum familia descendunt (ex quorum numero Heduuigis socrus Iulij Ducis, fuit) iure deberi; Quamuis comitatus Sepusiensis regis sit Hungariæ. Transylvania beneficium Turcici Imp: hodie est.

## CATALOGVS PROVINCIA- RVM IMPERII TVRCICI.

### IN ASIA.

1. *Natoli*, h. ASIAE MINORIS Beglerbegus seu vicerè, re-
2. *Caraman*, Ciliciæ præst. (sedit in Chiutaia.)
3. *Seuas*, Syriæ superiori, residet in Sebastia.
4. *Halep* Alepi residet, parti Syriæ præst.
5. *Scham*, DAMASCI, quæ Scham Turcis & Arabibus dicitur. Syriæ, & Calesyriæ, Palæstinæ &c.
6. *Tarablos* siue *Traplos*, Tripolitano regno præst ad montem
7. *Maras*, Arabiæ desertæ confinis. (Libanum)
8. *Diarbechiæ*, MESOPOTAMIAE.
9. *Bagdat*, BABYLONIÆ & Chaldææ.
10. *Fas.* Mengrellios, Colchidis habitatores sub se habet, forsitan à Phasi fl. ita nominant.

Ezrum

11. *Ezram*, parti ASSIRIAE & ARMENIAE præest.  
12. *Balsara*, ad sinum Persicum, Persidis & Chaldææ partem ha-  
-Labsa. Caramanniaæ quæ Ormum versus. (bet.)  
13. *Iemen Adin*, ARABIÆ præest.  
14. *Hebesch*, ad sinum Arabicum dominatur, obiectus Pres-  
-bytero Iohanni.  
15. *Messier*, AEgypto, residet in Cairo, quam Messier vo-  
-cant Turcæ cum Aegypto. Iudæi Misraim ex literis sa-  
-cris adhuc vocant.  
16. *Cypro*, Cypro præest, residet Nicofiaæ, siue Niconiaæ potius.  
17. *Van*, in confinibus Persiæ.  
18. *Scheresul*, etiam in confinibus Persiæ, sed tamen Assiriæ ma-  
-gnam partem sub se habet.  
19. *Càrs* in Armeniæ & Mediae } Hi Beglerbegi nuperimè con-  
-finibus. } stituti sunt contra Persam.  
20. *Tiflis*, in Georgianorum R. } sed reliquis, propter incertū  
21. *Tschildir*, in confinib. Me- } belli euentum, & propter pro-  
-Sohum, ibidem. (diæ. } uinciarum paruitatem, ne-  
22. *Temircapi*. Ferreæ portæ. } quaquam comparandi sunt.

# *In EVROPA.*

1. *Rumuli*, Thraciæ siue GRAECIAE TOTIVS. Turci. n.  
Græciam Rumuli vocant, corrupto Romaniaæ nomine,  
alij post Constantinum magnum, vocant Thraciam, So-  
phiæ sedem habet, sed plerunq; Constantinopoli est.
  2. *Caffa*, TAVRICÆ Chersonési, olim Theodosia dicta.
  3. *Temesuár*, Hungariæ versus VVallachiam.
  4. *BVD A*, HVNGARIAE superioris, residet Budæ.
  5. *Bosna*. Dalmatiæ, Illyridi, & Croatiæ parti præest, residet Bos-  
sinæ.

# In AFRICA.

- z. *GiulGesarè*, Algeriæ præst, quam Turcæ ab antiquo  
nomi-

nomine sed corrupto, nominant Giuelgesarè i. Iuliam  
Cœsaream.

2. *Tunis*, Tunetanum habet Regnum, & residet Tuneti.
3. *Tripoli*, Leptis est antiquis, & Tripoli Aphricæ residet.
4. *Capitan Bassa* his adiungitur, Is mari præest, & inter Beglerbegos numeratur. Et fermè omnes Aegæi maris insulas sub se habet. Residet tamen plerunq; Constantinopoli & Callipoli.

Singuli Beglerbegi sub se habent suos Begos, siue Sangiacbegos, quorum quisq; fermè principatum aut Ducatum obtinet, & vice Beglerbegi sunt. seu vice Domini. Seruit eorum quisq; plerunq; 500. sæpe 1000. equitibus. Horum in vniuersum sunt plus minus 300. Hi sub se habent Spahileros, quos rectè vocamus Vasallos siue beneficiarios. Nam equites merent & beneficia pro stipendio habent, ad tempus.

## DE SAM V E L E S B O R O, V I O P O L O N O.

1573. **S**Amuel Sborouusky ob interfictum sub coronationem Regis Henrici Castellanum Premisliensem, ex familia VVapousky in Arce; perpetuò bannitus siue exilio multatus erat, absq; tamen vlla infamia, quæ in talibus addi solet, nota. Per hoc tempus partim in Transyluania, partim in campis illis latissimis, in quibus grassantur Niueij Cocazij, tum in proximis VValachiæ partibus vitam degebat, ita tamen quod sæpius in Regnum ad suos veniebat, (Habebat enim vxorem ex familia Spitronum Castellani olim Cracouien. filiam) & tam Cracouiae, quam in alijs ciuitatibus ac oppidis morabatur, atq; interdum licentio-

17

centiosius grassabatur. Quærebat interea per fratres & consanguineos suos, modos & rationes, quibus placere offendam partem, & Reipub. decreto comitiali, restitui posset. quæ res non successit, multis intercedentibus causis.

Cùm verò passim multi conquererentur, & pro singulis comitijs exclamarent, bannitos, contra leges patriæ in Regno versari, impunè multa illicita ac interdum horrenda committere, negligentibus locorum, vbi hæc fierent, Capitanis, quibus idipsum non sine aliquo officij neglecti aut metus aut connuentia legibus inimicæ, aliorumq; similius nota, exprobrabantur: admonebantur sedulò & serio, diligenterius in posterum ut cauerent, ne quid ex istiusmodi indulgentia Respub. incommodi, & leges propter vilipendium periculi, ipsorum causa sustinerent. Et nominatim, quibusdam in comitijs, instigantibus offensis decretum fuit, ne quibusvis in locis Capitanei D. Samuelem conuersari paterentur. quinimo si in contemptum legum id facere amplius præsumeret, 1581. pro officio eundem captiuarent.

His causis adductus Magnificus D. Cancellarius Ioannes Zamoiscijs, simulatq; Capitaneatum Cracouensem adeptus est, cùm sciret Samuelem sèpius in minori Polonia apud suos & alios passim degere, omniaq; superius attacta, familiæ suæ fortassis nisum tum potentia tum autoritate, contemnere: admoneri illum aliquoties curauit per fratres Magnificos D. Ioannem & Andream, alios item propinquos, ne in locis illis, vbi cum potestate versaretur, subsisteret. alias pro officio & conscientia sua quod vellet exequi leges, recentiusq; lata decreta. Illo nihilo minus curante, imò in contrarium eò audacijs nitente, cùm ad alia noui quidam conatus & factiones sensim pro-

C 3 deren-

derentur, tum periculum quoddam ipsi D. Cancellario imminere non incertis argumentis cognosceretur, ne malum hoc latenter diutius glisceret, Deus fortassis sustinere noluit.

Magnificus D. Cancellarius, pro more, iudicia ordinaria, quæ non nisi per ipsos Capitaneos iudicari quotannis aliquoties solent, proclamari iubet. Cracouiam ex Lithuania satis cautè & circumspectè proficisciatur. Circa Sandomiriam transeunti nunciatur D. Samuelem amplio despetatorum hominum numero stipatum simul cum illo Cracouiam ingredi constituisse, subindeq; non procul ab eodem nocturno hospitio diligendo subsistere solere. Per aliquot id ipsum penitus exploratores cognoscitur, venit tandem Prossouiam, ubi cùm Dn. Cancellarius pernoctaturus substitisset: medio abinde miliari, apud viduam sororiam suam VVlodokouua nuncupatam, in villa Piekari D. Samuel hospitatur, comitatus sui maiore parte in vicinore villa relicta. Quid secretius tentare cogitauerit, norunt exactè quorum interest, cæteri non item. Iam verò hic Iurisdictioni Capitanei Cracoviensis primum locus aperiebatur.

Proinde noctu vice capitaneum suum Vrouecium immittit cum præfidiarijs Cancellarius tanquam Capitaneus, qui impetu in domum viduæ facto, licet non statim prodetur, imperfecto uno pueri qui gladium Samueli porrigebat, & filiolo eiusdem aliquantulum vulnerato, quod bombardam ei aculatus esset, post multas concertationes D. Samuel capit: Prossouiam deducit. inde simul cum D. Cancellario Cracouiam rectâ in arcem, curru proximè ipsum sequente, cum præsidio, liber vectus, ingressus ac custodiæ traditus est. Porrò qui tum præsentes aderant ex nobilitate

Craco-

17

Cracoviæ obuiam progressi, cùm primùm in arce D. Cancell.  
salutasent, longa ac eleganti oratione totius facti rationem  
sibi explicari audierunt. Hoc factum fuit die 12. Maij.  
Interea dum D. Samuel sub custodia nemine penitus ad se  
admisso asseruatur : varia diuersaq; subsequuntur. Can-  
cellarius, Regi, præcipuisq; Senatoribus, per literas facti  
sui reddit rationem. Altera ex parte apud suos primūm, de-  
inde & apud alios, passim querelæ fiunt publicè & priuatim.  
Indebitè vim esse illatam : nemine instigante captum esse :  
Proscriptionis huiusmodi qualis ista est, nullam legibus de-  
scriptam esse pœnam : fidem datam fuisse D. Samueli, quod  
liberè, ac tutò in regno versari posset : per transitum pro-  
fectionem hanc contigisse, vt qui filiolum in Germaniam  
duderet : magis ex priuato aliquo odio, quàm ex legum  
obseruantia, factum existimari debere, multaq; alia huius-  
modi.

Die 19. Maij Nobilitas Palatinatus Cracoviens, per  
Succamerarium suum D. Zikouskij interponit sese satis ac-  
curata & grauiter prudenterq; conscripta oratione, etiam  
scripto tradita, à D. Cancellario hoc vnum efflagitando, ne  
quipiam præcipitanter in illum committeretur : vt potius  
ad Comitia referuaretur causæ huius per omnes ordines co-  
gnitio & iudicium ; vel vt ad Regiam Magn : remitteretur.  
Responsum prolixum, multisq; respersum argumentis & co-  
loribus oratorijs, vt quod facti totius non sine circumstan-  
tiarum ante & post descriptione narrationem contineret,  
scriptio itidem nobilitati exhibitum est, in quo nulla certa  
apparuit resolutio, præter hanc, quod in præsenti casu id fa-  
cturus esset, quod sibi secundum Deum conscientia & offi-  
cij autoritas dictaret.

B \*

Inte-

Interea Die 13. Maij quoq; Magnificus D. Andreas  
Curiæ Marscalcus litteris & ipse instat , vnà cum alijs con-  
sanguineis suis, apud ordinarios Iudices Regni, tum Lublini  
Iudicia exercentes, partes suas vt interponerent ad D. Can-  
cellarium , ne quid atrocius in fratrem statuere vellet, satis  
iam superq; familiæ illorum violentiæ & iniuriæ, in capti-  
uatione illatum esse. Volebant dare obsides, & numero de-  
cem ex præcipuis huius familiæ viris obligare se, quod D.  
Samuelem pro Comitijs Sereniss. Regi & ordinibus Regni  
statuere vellent iudicandum , nec defuturas illi secundum  
leges & Decreta contra eundem lata, legitimus atq; iuridicas  
defensiones. Tendem petierunt consilium ab ijsdem , quid  
aut quomodo in tam acerbo familiæ casu agendum vel pro-  
cedendum sibi esset.

Die 14.  
Maij.

Breuiter sed prudenter à Iudicibus responsum est illis  
& quidem ita perplexè, vt nihil ex ijs litteris aut pro se trahe-  
re, aut contra D. Cancellarium usurpare possent. Summa ta-  
men erat, se in tali casu consilium præbere non posse, nihil  
hoc ad illorum officium aut iudicia pertinere, non defutura  
tam amplæ & potenti familiæ sufficientia & opportuna con-  
silia domi.

Die 15.

Sub idem tempus Magnificus D. Cancellarius per lit-  
teras significat ijsdem iudicibus, qui det quomodo factum sit  
non consilium aliquod inquirendo, sed rei veritatem expli-  
cando, ne aliter vt in talibus fieri solet, traduceretur. In  
dato eidem responso gratias agunt Iudices, qui tanta pru-  
dentia ac vigilantia usus fuerit: satis eum testatum fecisse,  
quem virum, vt in defendenda patria armisq; tractandis,  
ita in legum obseruantia & securitate publica tuenda, se  
præstitisset, non dubitare se concludunt breuiter, illum tan-  
quam senatorem prudentem, in legibus & libertatibus pa-  
triæ

triæ & natum & optimè exercitatum, quemadmodum in  
alijs omnibus rationibus hactenus fecisset, actum præsentem  
ad huiusmodi effectum perductum, ut vtrumq; ius vide-  
licet publicum, & libertas nobilitatis, salua ac integrâ perma-  
neant, nihilq; inde, quod aliqui ominari viderentur, emergat  
aduersi.

Paucos post dies cùm nobilitati Cracouiensi responsum  
ad interpositam intercessionem datum esset, cùm nemini  
constaret, quid facturus esset: die 25. Maij sub meridiem sig- Die 25.  
nificatur D. Samueli domui suæ vt disponeret, animæq; pro-  
uideret, neq; etenim aliter fieri posse, mortem illi decretam  
esse omnino. Exterritus vehementer dicitur, & animo &  
corpore concidisse, licet post epulas primum sumtas erectus  
conscriptis nonnulla. Ante vesperam conuenitur à D.  
Cancellario, tribus adhibitis testibus, vbi ad aliquot horas  
sermones varij intercesserunt, qui & quales, Deo soli & tum  
præsentibus notum est.

Summo mane subsequentis diei, eductus in locum soli- Die 26.  
tum suppliciorum, vicecapitaneo cum tribus vel quatuor  
alijs præsentibus, cinctus 50. Haidonibus, substrato rubeo  
panno, capite plectitur. Inuolutoq; linteo ad id præparato,  
imponitur Arculæ, & feretrum pannis paratis contingit.  
Arce inde aperta confluunt omnes turmatim. Durat spe-  
ctaculum prope 4. horas, obstupere omnes, præter spem  
& expectationem factum mussitant: varia metuunt varij,  
tumultus in promptu fore videbatur.

Quinta à decollatione hora, Castellana Cracouiensis, ip-  
sius vxoris mater, tum quoq; Cracouæ præfens, currum  
cum quadrigis in Arcem & seruitoribus mittit, quo corpus  
veluto tectum in domum Palatini olim Calissiensis dedu-  
ctum est, ibiq; assuto capite, denuo ornatum more milita-

C

ri, in

ri, in toga rubea serica, cum clava, biduo conspiciendum à quibusuis frequentantibus publicè iacebat.

Postridie illius diei, quæ res magnæ fuit plerisq; admirationi, Magnificus D. Cancellarius cum R. Domino Episcopo pransus est, & ad D. Franciscum ex arce, iuxta ædes, in quibus funus iacebat, bis profectus est. Quarto ab inde die Magnificus D. Andreas frater Marscalcus magno comitatu Cracouiam venit, neq; quicquam subsistens aut solennem aliquam actionem vel protestationem interponens, eadem die corpus ex vrbe abduxit. Nec quicquam postmodum subsecutum est eorum, quæ multi passim aut confingunt aut spargunt. Quinimo publicè quantum nobis constare potest, conticuere omnia: priuatim multos & quidem præcipuos exacerbatos scimus, variaq; varios proponere ac meditari, pro vt quisq; est huic aut alteri parti affectus, ita iudicium suum promit.

Magnificus Dn. Cam. Gnesnensis Ioannes, Cracouiae non fuit. Graudenti in Capitaneatu suo, cùm frequentes conuiuas in solennitate baptismi filiæ suæ, ex filia Dn. Caliensis natæ haberet, nuncium de fratre capto accepit: non tamen inde profectionem aliquò suscepit, sed domi se continuavit, præter quod cum Mag. Dn. Palatino Posnaniensi congressus dicitur: Prudenter sanè quidam ex minore Polonia ad me scripsit: Crede mihi istud factum non erat fabrica vniuersus diei, diu multumq; de eo consultabatur quò ad venit summa dies & ineluctabile fatum: De quo quidem eius hominis interitu hic varij variè sunt affecti. Dicunt alij rectè cæsum esse, & laudant iustum animaduersionem, alij verò dolent, sed altum premunt corde dolorem, interdum collachrimantes & Tyrannidis metu alas quatientes, quorum quidem sunt pauci. Sed vt fert tempus, facetis prudentiorum ser-  
moniby

17

monibus perstringuntur, ut iam mitiores esse videantur. In summa breui ea omnia euanescent principijs deferuentibus. cæteri verò eiusdem farinæ iam aliquando intelligent, vibratum esse entem ad vindicandam insolentiam, susq; deq; ferebantur tantisper vicia & immanitates. Hæc ille. Qui sint animi hominum? conuocatio Senatorum à Rege pro 20. Augusti ex grauissimis quibusdam & secretis Reipub. necessitatibus indicta, nec non comitia proxima hyeme celebranda manifestabunt.

Magn. D. Cancellarius, non multis post diebus satis cum moderato tam equitatus quam peditatus comitatu, Cracovia, multis ex nobilitate illum concomitantibus, egressus est, rectaq; ad reuidendum Capitaneatum recens sibi à Rege post defunctum D. Andream Comitem à Gorka collatum Iauorouiens. satis insignem contendit. Inde recta aut Grodnam, aut Lublinum ad regem profecturus. Hæc summatim & quidem confidenter, de D. Samuele Sborouski, quæ desiderare visus es, significare volui. De Christophoro, perempti fratre, multa hic circumferuntur, vtinam vera non sint. Certissimum est, quò maiores tam nobilis & clara familia motus excitare ex istis occasionibus posse aut velle conari videtur, tot periculosiores atq; vtinam non insperatos sustineat impetus necesse est. Dominus consoletur afflictos & omnia in melius conuertat. Certò asseuerabatur à nonnullis, D. Samuelem, Milierensem Baronatum, mediante ac promouente fratre Christophoro, iam comparare debuisse, ibiq; mansionem transferre voluisse, Habuit enim circiter centum millia florenorum, in quibus titulo reemptionis Elotzuobena in Russia peropima ab M. Dn. de Gorka tenuit, huiusq; filius tenet. Fama est, non tamen incerta, complura millia Vngaricorum ultra vi-

C ij ginti

ginti, in Arcula post detentionem inuenta, non tamen erpta, sed familiaribus illius relietaesse.

Cum autem fratres Sborouij, apud gentiles & affines suos, multa de Cancellarij injuria questi, & de rege ipso in ordinem redigendo mouissent; & literis ad plures alios scriptis aduersus regem conspirare existimarentur: capita factio- nis, Christophorus & Andreas Sborouij fratres, ad comitia VVarsouiæ proxima, literis regijs citati sunt. vbi senatus regni, Samuelem Sborouium iure cæsum pronunciauit, & Christophorum Sborouium, conspirationis aduersus regem initæ ducem & autorem, proscriptis. Cæteri supplices in gratiam recepti sunt.

## COLONIA.

24. Febr.

BEllum nostrum Colonense, durat adhuc. Horstum, ad Nouesum arx, à Nuenario intercepta; nunc oppugnatur. Berchum etiam, oppidum ad Rhenum, obtinet; ac muniit, nec tam facile, ab Ernesto recipietur. Qui Ernestus; in patriam ad fratrem, est profectus. Rex, in Belgio, cæso Aurico, à quodam Sequano, cui nomen erat Balthazari Gerardo, nato sex ad Vesontionem milliaribus, in oppidulo Villafano, multis victorijs est potitus. Brugas n. cepit,

13

n. cepit, Hipras, Teneremundam, & Ganda-  
num. Itaq<sub>z</sub>, omnem Flandriam, excepta O-  
stenda portu, recepit. Scaldim tentat intercipe-  
re, operibus ad eius ripam exstructis à Parmen-  
si, ut Antuerpiensibus nauigationem, & nego-  
tiationem, eripi at, & Bruxellenses, quibus im-  
minet, & qui ob sessi maxima rerum inopia la-  
borant, tum etiam Mechlinienses, in suam pote-  
statem redigat. Antuerpienses nihilominus,  
non terrentur. Ordines autem, ad Francum,  
duodecim Legatos miserunt. Offerunt Hollan-  
diam, & Zelandiam. Angla, se illis, sed aliud  
simulans, coniungit.

Philippus Rex, Philippum filium, in Hispania regna inaugurarari, obtinuit. filiam natus  
minorem, Allobrogum Sabaudia Duci, matri-  
monio iunxit: Natum maiorem Cesari, vel Car-  
dinali Austriae eius fratri, traditurus nuptui.  
In ea inauguratione, adfuerunt duo Iapponia,  
ex India Orientali, Reges, qui sacris fontibus  
sunt iniciati. Cuius rei causa, & ut Regem  
viderent, eò, tantis itineribus, venere. Italia,  
otio ac pace fruitur.

No-

1585. Nonis Martij.

Pontifex quiescit, & creandis Cardinalib.  
Hispanis gratificatur. Rex Gallia cùm sit ocio  
& libidinibus deditus, in pace istic sunt omnia.  
Regina per atatem segniore est, & cùm de suc-  
cessione regni sit in futurum sollicita, fit ut po-  
stulatis Belgarum, qui suæ causæ Regem pa-  
tronum exoptant, non respondeat.

In annum inducias paci sunt Turci cum  
Persis, nihil tamen in Hungaria mouetur, nisi  
quod, ut fieri solet, interdum excursiones fiant.

In comitijs VVarsouiensibus, negotia ple-  
raq<sub>s</sub> Cracouiam reiecta sunt. Sborouijs acci-  
dit, quod communiter his, qui de alijs sunt benè  
meriti solet accidere, ut cùm se negligi videant,  
omnia suspecta habeant. Regi autem, ut suis  
benefactoribus gratiam usitato inter homines  
more referat.

Moschus fideliter adhuc colit amiciciam  
cum nostro Imp. Legatum illius hodie hinc  
Pragam dimisimus.

Hispanus nihil intactum relinquit, ut in  
suam

47

suam potestatem redigat Belgicum. Et quæ  
nunc videntur tranquilla esse loca orbis, paulò  
post experiemur turbata moueri.


Regis Suecia filium intellexi maternam,  
hæreditatem ex ducatu Lituania petere, sed de  
his rebus certi aliquid à vobis requiremus.

In urbe Vienna nullus est nostra Religioni  
locus. in prouintia quoquo modo retinent pri-  
uilegium. utinam verò doctores  
haberent sinceros, pios,  $\mathcal{E}$   
prudentes.

o<sup>6</sup> S<sup>6</sup>  
 $\mathcal{E}$


Step 13





# Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



B.I.G.

I A  
C H E R =  
S S V P E R I O .  
M A R I A E Præcopen.  
erij Turcici

L PROVINCI  
TURCICIS

S B O R O V I O  
supplicio affecto,  
utis, iam

n indigna

G AE.  
D. LXXXV.

ri mobilis viro doctrinæ  
virtute præclaris Duo  
litteris liberi o. Duo fui  
Bartolomæus